

A

210

IV.

Hauer. Miscellanea II

Szeben. Állami Levéltár Ms varia II.9.II.

641 - 648, 401 - 434 A 648. oldal rövege a 401.-en folytatódik!

453 - 57. 636 - 638

ritualis est. De ea vero, quae est carna-
lis manducatio necessaria nobis, quodnam
Scriptura nos doceat, quomodo doceat,
quamvis rigide eam requirat manducatio,
non nobis prohibita, neque. edocet. Pa-
trem enim sumus in omnem sortem verbum
Altissimi ultra eam conscientia sequi. Va-
lete!

Responsum Ministrorum Eccl[esi]e
Catholicae Constantiensis.

Salutem et omnis boni incrementum.
De Etia manducatione nempe carnali, qua
nobis inritis, plane concessi nobis non sumus,
neque ea propositiombus rectis libere per-
se statuimus; sed nos quocumque simili modo et
nos duplicem tantum posuimus manducatio-
nem, nempe, Sacramentalem & spirituales.
Per sacramentalem intelligimus non solum
panis & vini, sed etiam corporis & sangui-
nis Christi cum his speciebus visibilibus per-
ceptionem, quemadmodum & Christi verba
declarant: accipite, comedite, hoc est
corpus meum. Item: bibite ex hoc unum,
hic calix novum Testamentum est in meo
sanguine. Sic et Sanctus Pater loquitur
manu

NOUVELE STADIA
DE PONTIS REVERENDI
SIGIS
Nr. 1

manifestum est. Hic manducatio Sacramentalis, communis est dignis & indignis, neque id copulatione sit naturali, aut naturaliter, sed unione tali, quae Sacramentis convenit. Si sic intelligitur manducationem, nulla est controversia; si vero an de tantum Symbola rerum, nulla forma concordia apparebit. Non enim videmus, esse a proprietate verborum Christi discendum. Si vero per sufficientes significationis & Symboli a proprietate Christi carere habeatis ea verba Dei, libenter intehiaco volumus.

Responsionem est. Martini a salmaneta ad praecedenti Scriptam ministror. Ecclia solocorvar. perre. tum de. Salu.

Responsio ad iunon

Examinetur Propositio vestra III. VIII. XX. XXVIII. Ubi etiam nutriti membra nostra carne Christi ascentis, tanquam esis profano, cum Christus non cibum sit corporis sed animi, nec cibum vita huius, sed futurae, nec membra irrigat, sed mentem nostram. Ideoq. non carnalis cibus est, sed spiritalis, quia non carnis cibus sed nostri spiritus. Summa est ignominia id in Filio Dei expectare, quod a carni bubula.

Videa

Uteatur ad idem propositio XXX. plures et alia, ubi distribuitis veram & naturale verbum, atq. id in beneficium, non in beneficii memoriam, contra manifestum Dei verbum. Uidea in propositio XX. et expendatur.

Ad 2^{um}

Quod spirituales tantum & sacramentalem manducationem statuitis, habemus vobis gratias, praesertim, si id serio asseritis. Verum tamen oportebit vos corporalem negare, si tantum illam statuitis, quomodo enim verum erit manducationem tantum spirituales esse & sacramentalem, si et caro eius erit datur. Erosio a carne est: quidquid vere a carne est, carnale sit esse est. Non sumere carnalem manducationem sed tamen sacramentalem extendere donec comprehendat & corporalem hoc quod aliud est, quam idem affirmare & negare, atq. in eodem ore frigidum simul et calidum proflare.

Ad 3^{um}

Nec est mihi hoc vobiscum de Grammatica, nec est fidelis interpretis pro voto sibi fingere vocabula.

Ad 4^{um}

Ad 4^{am}.

Certum est, aliud esse Sacramentum, et aliud esse rem Sacramenti. Sacra panis et sacrum vinum cum institutione sacra, sacramentum sunt. Eorum respectu est Christi in cruce fractum, et sanguis faciens. Quis novus Marcianellus ab inferis revocatus edocuit vos, vocabulo Sacramenti comprehendere Sacramentum Et rem Sacramenti? tametsi enim simul sint et non sint, veluti res relativi generici: realem tamen et essentialem inter se distinctionem habent, ut omnino aliud sit ac distinctum alterum ab altero, ut quemadmodum quod filiale est, idipsum paternum non est: eodem modo, quod sacramentale est, illud corporale dici non potest. Perinde enim erit, ac si mentale dicatur id, quod est carnale. Quisquis cogovis fingere non est Theologus.

Ad 5^{am}.

Senulatur tota actio et doctrina Servati et expendatur, quid aliud Sermone ejus proprietate requirat, quam spiritualis participationem sibi Dei, juxta quod et Paulus generaliter pronunciat de omnibus corpo-

corporalem exercitationem ad medicum utilem esse, spirituales ad omnia.

Ad 6^{am}.

Non agimus, ut procedatur a Christo, sed et Christo intelligatur. Pharisei et Sadducei si tantum sacramentalem et spirituales manducationem penitent, id est veri et serio, certe summo concordes, non inter nos ipsos tantum, sed et cum universa Scriptura, quod non aliud requirit, quam spirituales et sacramentalem manducationem. A crassa orthodoxy penitus abhorremus, et hinc vera est concordia ratio. Nam idem mutuo sentire, et vera est et sancta concordia.

Responsum Administrandi Br. M. Coleruariensis 4. die Julii
a Martino Chalmanochico
transmissum.

Ad inam respirationem.

Propositiones vestras vel ante a vite examinavimus: ac sane miramur semper eadem oberrari chorda, et nobis id innuere, quod scriptum est, et primitiva Br. M. testimonium. Hoc velle nos te considerare, omne verbum Dei esse ipsam animam, ut Christus Matth. 4. contra Dia.

Diabolam disputat in quibus: Non in solo pane vivit homo &c. Sed & non de omni verbo Dei dictum est, accipite, comedite, hoc est corpus meum: Item bibite ex hoc &c. hic est sanguis meus, &c. Vobis semper hinc est in ore, et anagogicum quadritio sensum, cum tamen Christus in hac sua institutione duo proposuerit, nempe, externam quiddam et in oculis incurrent, cui et preceptum et promissionem anteit, preceptum, ut utamur promissione, et sume pane & vino, ^{statuamus} nos simul sumere corpus et sanguinem ipse statuamus. Externam quoque nos de his beneficiis commonefacit, nempe, de passione mortis, sua, & remissione peccatorum &c. Postremum ex verbo Dei accipitis, et primum emittitis; id non Theologiam esse videmus, sed iniquum. Nam omni verbo Dei credendum est. Et quod Filio Dei copulavit, id nos propter rationem nostram absurda minime separare debemus. Sane summa ignominia est in Filium Dei et verbum eius sic ludere dea & odysseis et unam partem accipere, alteram vero negligere. Expectamus a carne Filii Dei, id

quod

quod in serbo suo non expectare iussit, et non id, quod a carne bubula. Proposio 288. male detorquetur, nam vocabulum, credentibus, includit fidem, quam procedere oportet et in hac institutione fieri applicationem necesse est. Divus enim Paulus abtentio sibi iudicium sumere ait. Unde a contrario hanc nostram sententiam veram esse facile apparebit. Ad id inam responcionem.

Ad 2^{am}

Secunda responcio, quae in principio dicitur continet, facile similiter illud posset: fortasse talibus si certare vellemus, haud inferiores esse indicarentur; sed scimus modestiam laude dignam esse. Deoq. responcionem mitigabimus. Manducationem sacramentalem et spiritualem ex Patribus habet, qui docendi gratia ex diversis s. Scriptura locis admodum, eandem in Ecclesiam Dei introduxerunt. Deo ex his vide, quomodo sacramentalis manducatio sit corporis et sanguinis cum his speciebus visibilibus. Primum autem perperam vide verba Augustini, tractatum sup. Joham. 287. et 288. Item in libro de remedio poenitentiae. Item in lib. de Baptismo contra

Dona-

408 Donatistas v. cap. 8. Item in fementario sup
 i. corinth. II. Quibus consideratis videbitur
 copulari cum Sacramentali manducatio-
 ne hanc quam nos dicimus, presentiam
 corporis et sanguinis Christi. Quibus
 sic expositis, illa frivola de erosione,
 carne & carnali: item scunna, ex eodem
 ore calidum & frigidum proflare, invenire esse
 magis capitis tui signum, quam veram esse
 sententiam.

Ad 3^{iam}

Ad tertiam respondemus, neq. nobis esse
 litem de vi atq. eade, neq. de tribus capitulis,
 sed potius de veritate & omnipotentia
 Filii, quam si evadere poteris, victor ab-
 ibis. Quod autem negas nos esse fideles
 interpretes, id manifeste tibi adscribere
 possumus. In interprete enim requiritur
 candor & dexteritas. Item et conside-
 ras antecedentia & sequentia, & ex
 vicinis locis scripturae sumat interpreta-
 tionem, quae recte considerata in scriptis
 vestris nequaquam apparet, sed sunt ambigua
 et folio subtiliter obscurata.

Ad 4^{am}

Ad 4^{am} respondemus nos quidem non igno-
 rare

rare alicubi in speciem occurrere aliquas
 patrum Sententias, ubi Sacramentum et
 rem Sacramenti distinguere. Sed manife-
 stum est ex collatione omnium Doctorem
 posse intelligi sacramentalem manducati-
 onem a Patribus, quam vos cum hoc in
 loco definitis. Sacramentalem enim man-
 ducationem tribuant tam dignis, quam in-
 dignis, h. e. cum pane et vino corpore et
 sanguinem Domini, quemadmodum et Paulus
 i. corinth. II. loquitur. Sed non rem Sacra-
 menti, id est, beneficia Filii Dei, quae hoc Sa-
 cramento quasi sigillo obsignata sunt et
 per fidem applicantur, & certe, si vos ab
 inferis, & certe si vos ab inferis Manes,
 nequam non revocatis, vel ex vocabulo Sa-
 cramenti & definitione Augustini facile
 veram sententiam assequi poteritis. Sic
 enim definit Sacramentum, quod sit invi-
 sibilis gratia visibilis forma, ubi manife-
 ste docet, cum his signis externis et
 illa copulari, horum si nihil esset et si San-
 cti Patres nunquam ita locuti essent, ni-
 hilominus tamen, cum Christus sic loqua-

tur

490
 tur, refert Marcionem Dominum Philoso-
 phia, ac dicitur gloria Filii Dei. Quae
 doctrina relationis sic adiecta sunt, pla-
 ne locum nullum habent. Siquid enim &
 panis non convertatur, neq. sunt arbi-
 traria quaedam, ut Pater et Filius, sed co-
 pulata sunt modo & ordine supernatura-
 li.

Ad 5^{am}

Ad quintam respondemus nos jam olim
 conculcasse totam actionem et Doctri-
 nam deum Christi, & nisi consensum
 trium Evangelii, scilicet & ipsius Pauli
 cerneremus, nisi mentem & voluntatem
 infirmitatis spectassemus, & ritibus
 quoq. Scripturas haberemus, nequa-
 quam ita de hoc verbo: Accipite, bibe-
 te ex hoc calice, hic est sanguis meus,
 comedite, hoc est corpus meum, dicitur
 semel. Dicitur Pauli quod suspicatur, quod
 rat ad probationem ut vere a veteribus
 dicitur est: Arena sine calce.

Ad 6^{am}

Sexta responsio est petitiu principii. Non
 dum enim ita demonstratum est, quod ymiti-
 tur

411
 tur: imo cum hoc futurum est, necesse est,
 ordinem naturae inverti, et ex nigro album
 fieri, Christus enim manifeste inquit: hoc est
 corpus meum: hic est sanguis meus. Verum
 contra id e diametro negatis. Christus ne-
 quaquam intelligi potest, nisi in sua lingua
 et proprietate retineatur, quod dum face-
 re non vultis, minime Christum nobis intelli-
 gendum proponere potestis, nisi eam pro-
 prietatem & in aliam formam transmu-
 tatum. Prius enim coelum & terra transi-
 bant, quam hae oratio invertebatur, quam ac-
 cepto pane & vino notanter protulit: hoc
 est corpus meum; illud vero sanguinem
 suum. Charissimi fratres! si nobiscum tantum
 sacramentalem & spirituales manducatio-
 nem ponitis, certe sumus concordēs, si tamen
 sacramentalem manducationem intelligitis
 illam copulationem corporis et sanguinis
 Christi, cum hoc elementis. *grasjan baeko*
gayras nunquam docuimus; verum *pro ora do*
gayras nunquam amplectemur. Hic modus
 a quoquoq. tandem inventus est, et verba verbis
 commutentur, plane ad concordiam nihil facit.
 Quare si quid salutare in hac causa decerne-
 re

re vultis, modum jam antea propositum
sequimini.

Responsio Martini a salmansha
Ministris Ecclie subarrariensis.

18. Die Julii peracta.

Absq. causa vociferamini verbis Sacra-
menti partem priorem, nempe: accipite
et manducate nos considerate: posterio-
rem. si hoc est corpus meum negligere.
Utramq. enim nos vere, sincerè ac diligen-
ter expendimus nec in ulla earum haurimus
anticipiti sententia Distracti. Vos plerumq.
etiam verba Christi invertitis affirmantes
panem non esse corpus: sed in pane esse cor-
pus. Quae in re etiam papistae errore viciis:
qui tacti transubstantiationem ea proprio
cerebro protulerunt, verba tamen Christi
non inverterunt. Nusquam enim lectum, nec
quam auditum fuit, in pane esse corpus Christi,
sed ipse panis est corpus Christi, id quod nos inge-
nue fatemur. Quia de modo, quo panis Christi
corpus est, certi sumus. Nec nos ipsi de
contradictioni implicamus, et vos, qui simul
et modum prescribitis tanquam certum, et spiritum
tamen posse negatis. Contemnitur modum illum
ecclie.

219
celestem esse aliquem, hominibus inestigibilem,
et vestri tanquam immemor, paulo post plu-
no ore decertatius realiter ad se, substantialiter
corporaliter, et secundum varietatem insemi-
tam alius hor, alius illo modo: quae contra-
dictio satis clare demonstrat vos in certo fla-
ctuati. In ipsa ^{illius} manducatione simili-
ter perplexi estis, affirmantes namq. vos que
que non nisi dupliciter manducationem sta-
tuere, sic quidem verbis (de tertia manda-
catione ~~scilicet~~ carnali, quam nobis innuitis,
plane nobis confessi non sumus, neq. ex propo-
sitionibus vestris alibi posse statimur: sed
nos quoq. simili modo, et vos, duplicem tandem
vidimus manducationem, nempe sacramentalem
& spirituales: etiam si per concordia sub-
stantie, tamen si vos multaretis, quod pro-
mittitis, in manibus esset concordia. Nil enim
amplius nos requirimus, quam spirituales
et sacramentalem seu ceremoniales manda-
cationem concedi. Carnalem illam tertiam
non sapimus, quam ipse Dominus I. reprobavit
a Capernaicitis assertam, dicens: Spiritus
est, qui vivificat, caro non prodest quicquam,
intelli-

414
 intelligatis, manducata carnaliter. Verba
 namq. secundam subjectam materiam sunt
 capienda. Hanc eandem docuit idem Domi-
 nus impossibilem esse, dicens: Si videritis
 filium hominis, etc. Tandem Petrus & Paulus
 docent etiam impossibilem. Petrus in Act.
 1. pertulit, inquit, illum abire & capere nobis
 regnum. Paulus Hebr. Quod si, inquit, esset
 in terris, ne sacerdos quidem esset. Videris
 in terris esse non potes: quomodo igitur car-
 naliter vorabitur in terris? quod in terris
 non potest esse carnaliter. Quamobrem
 si in promissis persistitis, nunquam cor-
 poralem manducationem docetis. Pergi-
 tis tamen magnamultam eam docere et per-
 pleari estis. Quatenus fatuitis duplicem tan-
 tam manducationem, amici estis, id quod dicit
 vobis a principio; quatenus subfertis ter-
 tiam illam carnalem a Christo reproba-
 tam, inimici. Reprobate, quod reprobat
 Dominus: rejicite, quod rejicit, & amabi-
 lis illis adest concordia. Docemus carnem
 Christi manducare, sed non carnaliter, spi-
 ritum fidei manducantes, quoniam, qui
 solus prodest, solus vivificat, imitati Patris
 et

415
 et veterem illam Ecclesiam, in qua biberant.
 De spiritali petra, petra autem erat Christus,
 haec credebant in eandem gram nos credimus,
 qui tunc illis erat venturus in carnem, cuius fi-
 dei corporale signum erat corporalis illa
 petra, unde hanc corporalem bibeant:
 sicut nos pane et vino mensa Christi corpo-
 ralis, divina verum Christum spiritaliter.
 Hoc est, corporali esu potius, exercemus fi-
 dem in spiritu. Si enim illi veteres non
 habuissent fidem verbo Dei cum ea petra aqua
 bibeant, nihil sane illud externum bibere
 illis profuisset, uti nec nobis proderit pane
 et vino de mensa Domini partibus plantibus,
 si fide vacui sumus: imo si non verbum
 Dei petra illi affuisset, nec aquam nec ean-
 sam desisset credendi: Ita & hic si non
 eam pane divino esset verbum Dei, non
 posset esse cibum spiritalis, aut fidem
 exercere.

Responsum Ministrorum. Doct. Glose.

Ad praecedens Scriptum Datum.

In numero nostro scripto, non de hoc in con-
 cordia modo indicium protulimus,
 inutilem, indicavimus; quia vero vos illo
 Delecta.

416
 delictari videmus, licet vocationis nostrae
 operibus magis necessariis occupati, ta-
 men respondendum, ac ulla ex parte nostrae
 fidelitas culpari possit. Quod primo loco
 in vestro scripto proponitur quam facile
 dicitur, tam facile etiam refutatur. Neque
 enim in hac causa quicquam haereticum voce
 declamamus, neq. per plateas concitabala
 quodrimus: sed ex ratione officii et vocatio-
 ni nostrae publice docemus. Quid ergo
 et quomodo verificemur non videmus.
 Deinde prima pars responsionis nostrae
 simpliciter eo tendebat, ut demonstraret
 vos non solum verba negligere, sed et sen-
 sum. Spiritualem enim manducationem
 arguitis: de Sacramentali autem vera, qua-
 lit est, et qualem eam esse Filii Dei ipse
 definit, plane nil dicitis. Ideo scripta no-
 stra in alienum sensum minime detorque-
 atis. In 2^o membro, cum affirmatio nos
 implicat esse, nec scire quid sentiamus,
 cum non affirmemus de pane, quod sit corpus
 Christi: sed docemus, cum pane et vino dari
 et haberi, hic summam facitis injuriam
 primam

417
 primam Filio Dei, Deinde primitiva Eccl^{ia},
 et nobis, dum haec minus considerate profer-
 tis. Quia enim videtis, in hac sacratissima
 coena actione duas principales quaestiones
 tractari: prior est, quid detur? eam author
 ipse absolvit, cum dicit, se dare corpus, et
 quidem illud, quod pependit pro nobis in
 cruce: altera quaestio est, quomodo detur?
 Idem haec verba declarant: accepto pane et
 vino se desisse: quod nihil aliud est, quam cum
 pane et vino etc. An hoc est discedere a
 verbis Christi? An hoc est implicare se con-
 tradictioni? imo ex nativa sententia Filii
 Dei est verum sensum elicere. Vos autem,
 cum videatis aliqua inesse absurda, propter
 rationis praedictum de loco et propria-
 te corporis phisici, haec orationi Filii Dei,
 accipite, comedite, hoc est corpus meum,
 gloriae patris ridiculis adinventis voca-
 bulum spirituale et spiritualiter. Quod
 quam sit verum, quibus perperam dicitur spi-
 rituale corpus Christi est ipsa Eccl^{ia},
 ergo necesse est, ut ea accipiatur, co-
 medatur: quod absurdissima est cogitare,
 tacet

418
 facer aperte dicere. Item si spirituale
 nobis corpus in cena offertur, sequi-
 tur, vos esse Marcionitas: Marcion
 enim affirmat, Christum non habere ve-
 rum et naturale corpus, neq. illud pro
 nobis traditum esse. Nam id offertur quod
 traditum est: si ergo offertur spirituale
 et spiritualiter, quid quæso pro nobis tra-
 ditum est, videte quid vestra. Quæ ad opem
 sermum absurditatis attrahant: At non
 aliud vobis evenit, quam quod Vergili-
 ano Versiculo dicitur:

Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdin.
 Dum enim negatis mentem & voluntatem
 filii Dei, nempe, quod et det corpus et san-
 guinem suum cum his speciebus visibili-
 bus, inam falcam consequentiam super
 aliam confertis: Ut vere a v. tribus dicitur
 sit causam non iustam opus habere multo
 pharmace, ut pro iusta vendi possit. Galus
 igitur hinc inferuntur nos errore visse Sa-
 pistae, et incertus esse, quid doceamus
 Verum patiens enim hanc particulam
 in. cum, sub nihil cum Christi instituo-
 re.

419
 re pugnare asserimus; et hic loquendi mo-
 do nihil quam veram Christi exhibitionem
 exprimere conamur: ac ostendimus panem
 et corpus Christi non idem natura sed Sa-
 cramento fieri: corpus demig. Domini non
 includimus pari localiter, nec opinamur
 decorem vel aspectum Christi fieri.
 Quæ et Sancti Patres his vocabulis esse
 fuisse manifestum. August. enim in lib.
 Cent. sic inquit: Caro eius est, quam, for-
 ma panis operam, accipimus in Sa-
 cra Cena: Et Sanguis eius est, quem
 sub vini specie et sapore gustamus. Item
 dicit Bernhardus Sermoni 2^o de Cena:
 Gloriosa, inquit, et amabilis Sponsa, in
 terra Sponsam habet in Sacramento:
 in Cælis habitura es sine velamento:
 Et hic et ibi veritas, sed hic palliata, ibi
 manifesta. Et idem: Quod videmus est speci-
 es panis et vini: Quod autem sub illa specie
 credimus, verum corpus est, et verus Christi
 Sanguis, quod pependit in cruce, & qui
 fluxit de latere. Itaq. de his particulis ex
 toto corpore Disputatione iudicandum est.
 Nam

420 Nam nos cum Sanctis Patribus, quem admodum
 cum his speciebus visibilibus vere et prob-
 fenter, verum & sanctissimum Christi
 corpus, eisdemque Sacratissimum Sanguis
 exhibentur, hic loquendi formulis expri-
 mere conamur: libenter volumus esse in
 vobis, & Discipulis Dei & reverenter lo-
 qui & sentire de his mysteriis, quem admo-
 dum et antiquitas locuta est. Divus Epi-
 phaninus tibi Author manifeste dicit: quo-
 modo subtilitas hinc intelligatur, sibi Deo
 cognitum est. Nos autem citra curiosi-
 tatem, et absque malignitate credimus
 Deo, vera in omnibus dicenti etc. Si vos
 Charissimi Fratres! adeo certi estis de hoc
 modo presentis Christi in coena, et non
 Spiritum Sanctum, novaque revelationes habe-
 tis, non subterfugitur indicium totius
 Ecclesie Dei, libenter docere volumus.
 Nos confitemur divina Sapientia esse my-
 steria, quo vocabulo omnis antiquitas
 Sacramenta Domini insignivit, vestra
 illa audacia in pronuntiando de Spiritu
 vestro nove aliquam suspitionem generat.
 Ille

Ille enim antiquus Spiritus Sanctus, qui imple-
 lit Prophetas, Apostolos, & primitiva Ec-
 lesia gubernatoris, author est humilitatis,
 et relegat nos in aeternam Scholam, ubi cla-
 rius omnia videbimus. Sed arguit Filius Dei
 Nireodemum propter illud, quem admodum? carnis
 sententia et iudicio, ut et vos subiecti si-
 tis necesse est, nisi illud quem admodum? quod
 maxime vos urget, abjeceritis. Quod
 de duplici manducatione propositis, ni-
 hil perplexi in vestra sententia est; Una
 cum Filio Dei et Primitiva Ecclesia ma-
 nifeste demonstrare parati sumus per
 Sacramentalem manducationem intelligi
 copulationem corporis & sanguinis Christi
 cum pane et vino: per spirituales, appli-
 cationem omnium beneficiorum, quae ve-
 bit Filio Dei per passionem sanguinem
 et mortem suam peperit, quae consistit
 in fide. Neque igitur spei concordiam sub-
 sanabimus, neque extra hoc ullam concor-
 diam sancire volumus. Nobis enim
 sic concordiam humanam colere, ut Do-
 mini & Dei nostri Sententiam intemus.
 Amanda

422 Amanda est concordia, sed secundum
 eam modum, quem Filius Dei in oratione
 sua proposuit, inquirens: ut unum sint in
 nobis Joh. 17, 21. Scilicet Filium Dei esse ve-
 ram, & verba eius nolite in dubium vocare.
 Contra autem mathematica & physica esse fal-
 sa: sic facile concordabimus. Quod dictum
 contra presentiam corporis et sanguinis Chri-
 sti assertis, minime tantum roboris habent,
 ut veram nostram sententiam overtant, sed
 enim male detecta, et in peregrinam sensum
 adducta; quemadmodum fratris collationem
 hinc manifestam erit. Johannes Evang.

Proca distinctione

sumi potest ordinem.

ratiorem carnem, quae et tria paschata recenset, cap. 18. eorum
 sunt apud veteres
 Evangelistas. Quasi magnifica et salutaris a Filio Dei in sti-
 cum in nostram. Fata sit, prospiciam esse debet concinnem
 Paschata, quod Jo. illam, quae Joh. 6. Describitur, non temere
 hanc recenset in-

mi sed ad unum esse cum verbis hujus Sacra-
 menti. Nam ut in Psalmis veritatum est,
 cum primo aliquid figurate dictum est,
 postea idem proferri sine figuris aperte
 dicitur, et contra. Sic Filius Dei in con-
 cione c. 6. apud Johannem, nunc propriam
 sententiam recitat de fide, nunc figurat
 Ohi-

423
 adhibet de Manducatione Massae, quae opo-
 nitur esui vobis, datus in Decretis. Sed perpetua
 tas orationis liquide docet, Christum non
 instituisse eam loco Sacramentum, sed con-
 nari de fide, qua homines statuant se Deo pla-
 cere propter mediatorum, & se acceptos esse
 ad hereditatem vitae aeternae. Primum igitur
 hoc notatio temporis refutat hanc antea
 quod inconsiderata cap. 6. Joh. Detrahetur
 ad Sacramentum eorum Domini. Ad di-
 ctum illud: Caro non prodest quicquam,
 respondemus illud non de carne Christi in-
 telligendum esse, nam antea de carne sua
 dicit, quod vitam det mundo: sed intelli-
 gendum de sensu et intellectu carnis nostrae
 et opinionibus carnalibus. Sic Divus
 Chrysostomus Tom. 2. Hom. 46. inquit: Non
 de ipsa carne dicit, ubi est; sed de iis, qui
 carnaliter accipiunt, quae dicuntur. Item
 Divus Hieronymus Tom. 4. declarat cap. 12.
 Hom. 140. Sanctum, inquit, ac vivificantem,
 incrementum, in Ecclesiis celebrantur Sacri-
 ficium, non hominis alienius, nobis simile
 et commune, corpus, consimiliter & pecti-
 orum

carum sanguine esse, quod prope
 credentes; sed magis tanquam propri-
 um vivificantis verbi corpus et sangui-
 nem accipimus. Communis enim caro
 vivificare non potest, et hoc ipse Serva-
 tor testatur, dicens: caro non prodest quid-
 quam. Quoniam enim verbi facta est propria,
 ob eam carnem intelligitur et est vivifica.
 Ideo Servator dicit: qui manducat me, ille
 etiam vivit propter me. Anathema sit, si
 quis carnem Domini non confitetur esse
 vivificantem. Porro etiam si concedatur in-
 telligendum esse de carne Christi; attamen
 inde nihil sequitur, nisi carnem Christi
 sine fide inutilem esse, quod certe vicia-
 simum est, ut et nos docemus: et minime hoc
 quod in coena sua non sit praesens. Conside-
 randum igitur est, quam in parte haec addu-
 cantur. Tria reliqua scripturae dicta docent
 praesentiam Christi visibilem ab oculis nostris
 sublata esse, nec enim ut antea nobiscum
 conversari. Quod et nos verum esse fate-
 mur: attamen ex his omnibus non sequitur,
 corpus Christi in coena nobis non exhiberi.
 Sicut

Sicut enim causa quaedam peculiaris est
 Christus ascendens in caelum, hanc suam
 visibilem conversationem ab oculis nostris
 movit, et cur secundum promissionem
 in coena exhiberi vellet. Et haec duo rite con-
 siderata, minime sibi contraria sunt.

Dictam Pauli de petra spirituali, quam ex-
 tra institutum accommodatam sit, manifestum
 est; et quomodo differenciam veteris et novi Test.
 confunditis, quis vidit? Maior est gloria
 N. Testamenti quam Veteris. In veteri pro-
 ponebantur umbrae et figurae significati-
 onum futurorum: nunc autem illa omnia
 sunt exhibita, nihil absens significari
 potest, sed praesens. Et ideo dicitur mani-
 festo inquit: Hic calix Novi Test. est in
 meo sanguine, ut monstrat illas adumbratio-
 nes Veteris Test. iam cessasse. Quae igitur
 tuae piis mentibus nunc post exhibitam la-
 cem, et post res praesentes tenebras et futu-
 ra proponere: aliter manifestum erit,
 res extra vagantes esse doctorum. Neque
 quidquam aliud restat, quam ut alio modo
 res praeparatis, si hoc fundamentum no-
 bis

bit extorquere volueritis. Ad enim ob-
jectiones vestras pertritisimas sunt, et
cum iam antea a Viris Clarissimis simul et
Pissimis, et doctis nostris Re-
verendis, D. Martino Lutero, Philip.
Melanctone, multis modis sint refuta-
ta, et vel Scholasticis nostris notis,
nequaquam nobis satisfaciunt, neq. cre-
dimus eorum. pii mentem his rationibus
a vera sententia posse adduci. Amen.

Brevis ac simplex Expositio,
Verborum Cena Domini,
per Ministro Petri Colerovii.
pro tuenda veritate,
adornata.

Plendum ac veris gemitibus deploran-
dum est motam esse Disputationem tam
peregrinam de Cena Domini, cum enim
hæc actio divinitus instituta sit, ad res
saluberrimas gerendas atq. efficiendas in
animis hominum et tota professione: ta-
men Diaboli artificis multa ex hac Doctri-
na

na primum contentione obiectum est, sed
cum sciamus Filium Dei audiendum esse, ab eius-
que verba et veritate minime esse disceden-
dam: non videmus quomodo bona consien-
tia proprietate verborum Christi abjecta ad
alienam et peregrinam interpretationem
decurramus. Pro ratione igitur officii no-
stri, et propter testimonium, quod omnia
vere Doctores edere oportet, verborum
verba Christi quam simplicissime institu-
emus expositionem.

Evangelista Matthæus autem hæc verba re-
citavit: Venientibus eis accepit Jesus
panem, et cum egisset gratias, fregit.
deditq. Discipulis et ait: Accipite, co-
medite, hoc est corpus meum: et accepto
poculo, gratias agit dedit illis dicens:
bibite ex hoc omnes, hic calix est Novi Testamti.
His verbis nihil poterit a Filio Dei proponi
simplicius et apertius, neq. satis caute
est, ut quidam absurda ratione nostræ
concernentis Physicam et Geometricam,
hæc falsa esse iudicarentur. Veritatem fuit

in ceremoniis quibusdam sumere in manu panem et gratias agere, quem morem ipsum Christum obrevasse legimus. Sic et in hac coena Filius Dei paulo ante mortem accepit panem in manus, eumq. fractum distribuit discipulis, his verbis: Accipite, comedite, hoc est corpus meum. Item, bibite ex hoc omnes etc. Ubi duo complectitur, praeceptum et promissionem.

Praeceptum monitum Filii Dei hanc gravem et seriam esse voluntatem, ut suam institutionem non contemnamus, neq. episcopum esse quiddam inferne quo uti et non uti liceamus, ut enim violatio reliquorum praeceptorum voluit conscientias: ita in violatione huius conspiciantur. Praecepto modo atendi traditur his verbis: Comedite, bibite, quod ad solam manducationem spirituales transferri minime potest. Corpus enim Christi spirituale est Ecclesia, quae nequaquam comeditur seu manducatur. Item si manducatur spirituales et spirituale corpus: tunc et illud pro nobis traditum est, et per consequens Filius Dei non

non habuit verum et naturale corpus, sed imaginationem, quod falsum est. Ergo il. Sed, quod verba ~~seu~~ retinere necessarium est. Promissio est, quod accepto pane et vino dicit se nobis dare corpus et sanguinem suum. Sic illud quale sit verba sequentia explicant, quod pro vobis traditur. Ut autem is, qui hoc dicit, verax est et neminem fallere potest, deniq. ipsa potentia est. Ita fatimur una cum Gabriele Arch. angelo, nullum verbum apud Deum impossibile esse: ac illud Hierodemicum quomodo? Haereticis et aliis, plus iusto curiosis hominibus relinquimus. Negare autem praesentiam corporis Christi in Coena, et in tantum facere hanc promissionem per alienam interpretationem, nihil aliud est, quam sibi non applicare beneficia Christi, et se excludere ex consortio aeternae beatitudinis. De martyribus autem, et iis, qui in causa necessitatis versantur, aliud est iudicium. Primum certum est, quod omnes controversiae, quae in Ecclesia agitantur, de scripto et sententia ex concilio trifino

niorum, quae literis mandata sunt per
 Prophetas & Apostolos, iudicari debent
 et solent. Quid autem aptius est, quam
 hoc certamen hinc ortum esse; nos enim
 scripti proprietatem argemus: adversa
